



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

De S. Phoca Martyre Syro, Ex S. Gregorio Turonensi: De gloria Martyrum
cap. 99. Huic Martyri Basilis Imperator, inge[n]tem basilicam erexit
Constantinopoli, quam etiam celebri monasterio auxit. Est ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

cellare. Et ecce Hadrianus quiescenti apparet, Bene, inquit, huc aduenisti ancilla Christi, & mar- tyrum filia. Veni ad nos in requiem tuam; veni & percipe ea quæ tibi debentur. Hæc cum diceret, Natalia mortalitatis vinculis soluta, vnâ cum ma- rito ad cælos profecta est.

Illustriſſimus hic martyr Hadrianus, licet pas- sus sit Nicomediæ, Romæ tamen etiam clarissi- mus est habitus, cuius peruetusta memoria extat apud Arcum Seueri, de qua mentio habetur in Ordine Romano, ibi sacrum corpus eius, Nico- media ac Byzantio translaturum, reconditum est. Eademque inter veteres Cardinalium Diaconas connumeratur.

DE S. PHOCA MARTYRE SYRO, EX S. Gregorio Turanensi: De gloria Martyrum cap. 99. Huic Martyri, Basilius Imperator, ingentem basili- cam erexit Constantinopoli, quam etiam celebri monasterio auxit. Est hic Phocas alius ab illo, eiusdẽ nominis, Episcopo, qui passus est sub Traiano, Synope in Ponto. Fuit etenim hic, de quo agimus, hortorum cultor & hospes, martyriumq; Antiochia, Capitis obruncatione, consum- mauit.

Phocas martyr, post multas quas pro nomi- ne Redemptoris est passus iniurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphauerit, ho- die quoq; populis eo miraculo declaratur. Quod si in quempiam coluber morsum stringens vene- na diffuderit, extemplo, qui percussus est, vt ianu- am atrij, quo martyr quiescit, attigerit, comprei- so tumore, euacuata virtute veneni, saluatur. Ex quibus nonnulli, (vt celebre vulgatum est) iam
lii 3 tumidi

5 Nataliavo- catur ad cæ- lum à mari- to suo.

Cæf. Baron In not. mar 4. mart. & 3 Septemb. Corpus S. Hadriani, translaturum Romam ibi- demq; recõ- ditum. Cæf. Baron. Tom. 2. An. Ecclef. An. Domi. 270.

Vide Cæsar in martyre. Rom. 5. mar. & 14. Iulij.

5. Martij.

Miracula ad sepulchrum S. Martyris.

874 VITARELIGIOSIS. VIR. COLETAE
tumidi malæ bestigie ictu iam toto corpore inter-
fante veneno, in hoc prostrati vt spiritum exhal-
rent, inter manus delati. & in atrio positi, sunt li-
nati; nec vnquam ob hoc virus obire hominē
est, si sacrum limen fide plenus attigerit.

VITA RELIGIOSISSIMAE VIRGINIS

Coletæ, reformatricis Ordinis S. Clare: ex ea quæ
Laur. Sur. ex Stephani Iuliaci præfate virginis con-
temporanei, sincerè conscripsit. Migravit è corpore
anno Dominicæ Incarnationis 1447, quo (iuxta Ge-
nebrardum) sedit Nicolaus 5. Imperator
Frederico 3.

6. Martij.

Patria & Pa-
rentes eius.

Corpore pul-
chra,
Item &
mente.

EXimia pietatis & prudētiæ virgo Coletæ,
apud Corbeia in Picardia, Patre Roberto,
Matre verò Margareta, nata mirabili plane
S. Spūs gratia à teneris vnguiculis ornata erexit.
Elegāti admodum corporis forma & venusta fa-
cie, cūctis imprimis grata atq; amabilis erat. Quæ
quidem corporis dotes, animi virtutibus mirifice
in ea illustrabātur: A primis siquidem annis soli-
tudinis amantissima, diuinis rebūs sedulo vaca-
bat: terrena omnia oblectamenta respuens. Sen-
suum ei custodia erat arctissima, eaq; non tristis
vel morosa: sed candida & hilaritate quadā graui
atq; iucunda perfusa. Hinc multi & conspectum
& sermonem eius expetebant: nimirum vt multi-
plicem Christi gratiam tanquām in speculo con-
templarentur.

Hæc aliq; præclara teneræ virginis primor-
dia, vt pios parentes ingenti afficiebant gaudio:
ta vicissim ad maiorem virtutum exercitationem
prouocabant. Pater quidem natura comis & sin-
gulari humanitate præditus, filia suæ excitæ exē-
plo, hoc vnum sibi in vita antè omnia proponit,
vt